



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LIV. Romana Ususfructus. De usufr[u]ctuario universali hæreditatis,  
in qua admixta sint bona stabilia & mobilia diversarum specierum, quam  
cautionem præstare debeat, & quæ bona mobilia per ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

## DE SERVIT. AD MAT. VSUSFRVCT. DISC. LIV. 91

Vertum stante dicta opinionem varietate, ob quam articulus redditus dubius, ac stante etiam dubietate resultante à verbis codicilli, quod capitale ad favorem hæredis conservari debeat, putabam in proprio pro veritatis indagatione recurrentum esse ad obliterantiam aromatariorum, quando nempe aromatarias aliis locant, seu super eis societatem ineunt cum cum pacto ut capitale salvum esse debeat, ac finita societate, seu locatione in eodem statu restituui, prout continentur in cap. 10. Societatis initæ inter Flavium testatorem & Aurelium collegiatum, an scilicet in gloriâ, quæ sit de capitali talvo restituendo, habeatur solum ratio mercium, aromatum, pharmacorum, atque utensilium omnino deficientium, quia nempe distracta, vel culposè consumpta sint, vel habeatur etiam ratio de illa utensiliu, seu stilliorum diminutione, quæ ex usu, atque eorum fonscentia resultat, ex ista enim observantia videtur, quod tam juris articulus quam testatoris voluntas recte possunt interpretare, & sic quod solum dicti usufructuarii tenerentur e modo, quo ficeret dominus vivere, subrogari, illa via, quæ in dies franguntur, vel consumuntur ac manuteneantur tabernacula, ad instar illius, qui est usufructarius gregis, propterea usufructarius vineæ tenet subrogatae arbores, & vites, sed non ad aliquid.

In eventum vero, in quem tenenda esset opinio, ut causâ praetardâ sit de restituenda estimatione, omnes firmauit attendendum esse tempus inchoati usufructus, ut ex allegatis, patet præsertim apud Castill. d. cap. 17. num. 23. Nil obstante, quod testator relationem habeat ad estimationem factam de tempore initæ societatis, quoniam hoc solum stat enuntiativè ad ostendendum, quale sit capitale, cuius usufructus Aurelio & Cinthio reliquis fuit, sed non inde inferri potest, quod iuriis dicti positioni derogare voluerit, atque gravare legatarios ad solvenda seu restituenda bona pro majori pretio quam valeant, hoc enim putabam nullum habere juris vel rationis fundamentum.

Prout neque ex hoc disponendi modo inferri potest, quod voluerit diminutionem utensilium cedere damno usufructuariorum, quoniam dicti possunt capitale reverti debere liberum ad hæredem, sed non dixit esse debere integrum, ideoque verba testatoris ubi expressè non constat voluisse iuri derogare, intelligenda veniunt iuxta iuris dispositionem, quia iuris correctio non præsumitur, & qui eam allegat probare debet ex collectis per Barbo, axiom. 60. cum vulgaribus &c.

usufructuarium finito usufructu restituenda sint in ipsa specie, & quæ in pretio seu estimatione. Et an proprietarius invito usufructuario vendere possit bona, quæ usu non consumuntur, sed atteruntur, ut pretium investiatur, vel econverso. An id fieri vel peti possit per usufructuum invito proprietario.

### S V M M A R I V M.

1. **F** Adi series.
2. **V**usufructarius tenetur cavere, neque id per testatorem remitti potest.
3. Et an ante cautionem faciat fructus suos.
4. Quomodo consulatur quando cavere non potest.
5. An citrâ usufructum proprietarius dei usufructuariorum fructum pecuniarum, & bonorum que usu consumuntur.
6. An cautio requiratur in stabilibus.
7. De specie bonorum quæ pernecebat cum usuconsumuntur illid.
8. De altera specie bonorum, quæ licet illid non consumuntur, adhuc sunt de illis quæ usu consumuntur.
9. Hæres fidicommisso gravatus ad quorum mobileum restitutionem teneatur.
10. De mobilium datâ in donum quid sit restituendum.
11. Quomodo usufructuario in mobilibus, quæ usu consumuntur, possit esse consultum ne sit in domino.
12. Quæ dicantur mobilia solidâ materia, quæ usu non consumuntur, & in eis cadit usufructus.
13. Quid dicendum sit de animaib⁹.
14. An proprietarius invito usufructuario possit vendere bona mobilia, vel è contra usufructuario invito proprietario, ut pretium investiatur.
15. In re communis cuius potior sit conditio seu voluntas.

### D I S C. LIV.

**C**ardinalis Farnesius in eius testamento institutis iuxta ordinem intestata successionis, & qualiter tribus ex diversis sororibus nepotibus, Mariam Albericium unum ex eis qualificatum Praelatum reliquit usufructuariorum universalem; Unde propriea orta est extra iudicialis dubitatio super cautione per istum præstata, ac super bonorum restituzione finito usufructu, an scilicet & quæ restituenda essent in ipsa sp. cie, & quæ in estimatione seu valore, atque defuper ex parte dicti Marii pro veritate consultus.

Respondi quoad obligationem præstandi cautionem in genere de utendo & fruendo arbitrio boni viri, illam esse generaliter & indefinitè necessariam, & de substantia, ita & taliter, quod neque per testatorem remittiveat, saltem quoad mobilia dissipatiō subiecta ad tex. in l. 1. C. de usufr. ubi bar. & cateri plenē collecti per Surdum dec. 109. num. 3. Menob. cons. 7. num. 56. & seq. & per Roram dec. 185. num. finali par. 10 rec.

Quodque usufructarius, vel iuxta unam opinionem magis rigorosam, etiam non requisitus, ante illius præstationem non faciat fructus suos, atque perceperos restituere teneatur, Indubitanter vero iuxta alteram benigniorem post requisitionem sive ubi hæc habenda est pro facta, ita ut non possit ex bona fide vel alio justo motivo excusari, ex iis, quæ antiquioribus allegatis, habentur apud surd. decis. 141. Capyc. Lair. consult 112. Rota decis. 259. par.

## R O M A N A VSUSFRVCTVS

PRO

MARIO ALBERITIO.

Responsum pro veritate.

De usufructuario universalis hæreditatis, in qua admixta sint bona stabilia & mobilia diversarum specierum, quam cautionem præstare debeat, & quæ bona mobiliaper

par. 7. rec. in Pisaren, hereditatis 3. Decembri 1656.  
Bevilaqua & in alijs, ac habetur supra in Forolivien.  
disc. 48. & alibi hoc tit.

Adeoque in mobilibus praesertim hujusmodi cautionem necessariam & deformam aliqui credunt,  
quod ubi illa reddatur impossibilis, usufructarius  
privetur commido legati ex deductis apud Surd. ubi  
supra, sed per modernos judicios ac bene iste rigor  
temperatus est, ut scilicet tali casu intret judicis  
officium pro temperamento, quo mediante praedicta  
forma implementum sequatur per aequipol-  
lens, atque utrique consilium remaneat, ut apud  
Surd. ubi supra Buratt. dec. 130, n. 5, de Marin. resol.  
248. lib. 2, vendendo scilicet bona, eorumque pre-  
mium investiendo in bona stabilia, seu loca mon-  
tium, aut census tutos, aliasque fructiferas occa-  
siones; Vel quod idem proprietarius pecunias,  
aliaque mobilia dissipacioni subiecta penes se reti-  
neat, & usufructuario respondeat de aliquo ho-  
nesto fructu.

Idque citra usuram fieri potest, cum non in-  
tret ratio mutui voluntarii veri vel interpretativi  
cum depravata intentione scenerandi in creditore;  
& suffocatione in debitore, ex quibus usura dam-  
ta resultat, quia hujusmodi fructus seu accessiones  
succedunt loco dannorum & interesse, seu loco  
illorum fructuum, qui alias perciperentur ex in-  
vestimento, quod ipse proprietarius voluntarie ac  
pro majori ejus cauella & commoditate vult facere  
cum scipio juxta ea quae habentur infra in Senen.  
loc eodem tit. disc. 57. Atque huic casu recte con-  
gruere videtur dispositio vel ratio textus in cap. per  
vestras de donat inter virum & uxorem, de qua in sua  
materia sub tit. de usuri, praesertim in Firmano disc.  
primo. Unde propter ea quando dicto usufructua-  
rio vel difficile, vel incommode redderetur di-  
ctam cautionem prestare, ita consuli potuisse pro  
duabus ex tribus partibus cohæredum, cum in ter-  
tia portione esset ipsem proprietarius.

Et hac quoad mobilia, secus autem quoad sta-  
bilia, quorum respectu, temperato antiquiorum  
rigore, in praxi admittitur pariter judicis officium,  
ut sufficiat, vel qualis qualis, vel etiam juratoria  
cautio, magis in ordine ad culturam & rectam ad-  
ministracionem, quam ad ipsam bonorum substantiam,  
cum omnimoda dissipacioni & peremptioni  
non subjacent; Et quoad census & loca montium,  
in quibus nulla cultura, & administratio con-  
currere videtur, jam consilium est, quia juxta ve-  
riorem sententiam, cum usufructuaria extincio  
fieri non potest, atque ad tollendas omnes ambi-  
guitates & disputationes, de facilis potest esse con-  
sultum eum simplici inhibitione, ut a simili habe-  
mus in materia fideicommissaria, ceteris allegatis  
in Camerinen. fideicommissi coram Dunozetto inter suas  
dec. 82. num. 10.

Quoverò ad alteram quæsti partem, quæ sci-  
licet bona mobilia restituenda essent in ipsis spe-  
ciebus, ita ut corum attritio, vel etiam casuialis, &  
non culposa omnimoda peremptio proprietarii pe-  
riculo cederent, neque ad aliud usufructuarium te-  
nentur, & quæ utpote usu consumibilia restituenda  
essent in valore seu estimatione, attento tempore  
traditionis, ita ut quocumque commodum vel in-  
commode ac periculum exinde sint usufructua-  
rii ita effecti pleni Domini, cum sola obligatione  
solvendi finito usufructu valorem seu estimationem, dixi distinguendas esse plures bonorum mobi-  
lium vel se moventium species.

Prima est eorum, quorum usus haberi non po-  
test, nisi consumantur, & quæ per necesse dicun-  
tur de iis quæ servando servari non possunt, totum-  
que commodum consistit in consumptione, sine  
qua sunt nullius utilitatis, ut sunt frumentum, vi-  
num, oleum, blades, & similia, ac etiam pecunia,  
& in ipsis de plano intrat obligatio ad consumptio-  
nenem seu valorem attento tempore traditionis,  
lege 1. & lege si vim ff. de usfr. earum rerum qua usu  
consumuntur s. constituitur Instr. de usufructu, & anti-  
quioribus relatis habetur apud Cyriac. controv. 16.  
num. 1. Castill. de usufructu cap. 17. Rot. in Recanaten.  
manutentione 27. Novembri 1645. coram Melito, ubi de  
frumento & similibus.

Altera est species illorum mobilium, quæ non  
illicio & per necesse, sed paulatim usu consumun-  
tur, non tamen longam habent durationem, ut  
sunt linteramina, sudariola, vestes quotidiane  
& usuales & similia, & in ipsis procedit idem, quod  
in specie praecedenti, quod scilicet dicuntur de re-  
bus, quæ usu consumuntur, ut in eodem s. constitui-  
tar Instr. de usufructu cum concordan. per Surd. dec. 67.  
circa finem, Cyriac. dicta controv. 16. num. 2. & ha-  
betur satis frequenter firmatum per Rotam & DD.  
in materia fideicommissaria, an scilicet haeres gra-  
vatus tenetur ad hujusmodi bonorum restitu-  
tionem necn, quia ex longo usu intrat presumptio  
consumptionis, ac propter eam excusat à restitu-  
tione, ut dec. 530. & 535. part. 5. recent. Ottobon  
dec. 47. num. 3. Bonon. fideicommissi de Bologniis 4.  
Febr. 1654. & 29. Novembri 1655. Cerro & frequen-  
ter. Unde in dicta materia fideicommissaria quo-  
ad hanc speciem melior est conditio haeres gra-  
vati, quam in prima, cum de illis tenetur restitu-  
re estimationem, ut in specie de restituendo pretio  
frumenti, aliquoruque fructuum repertorum ha-  
betur in Asculana sub tit. de fideicommissu, in qua  
adsum decisio 308. & 344. coram Celsi, de se-  
cunda vero specie non tenetur.

Quod etiam habemus in materia dotali, quia  
si dantur in dotem frumentum, vinum, oleum, &  
similia, vir tenetur, vel juxta unam opinionem so-  
luto matrimonio restituere tantumdem in eodem  
genere, quod nunquam perit, vel juxta alteram ad  
valorem de tempore traditionis ex deductis per Ma-  
ravit. in tract. de multipl. alien. num. 62. & consil. 139.  
Castill. de usufructu cap. 4. num. 14. Dealtera vero  
specie hujusmodi supellectilium & mobilium  
usufrumentum, quæ sub accionii seu corredi nomine  
dari solent, nisi data sint estimata vera estimatione  
faciente emptionem & venditionem, non te-  
netur de consumptione vel attritione, nisi in cau-  
cula positiæ, vel nisi vendidisset, quia tunc te-  
netur ad pretium exinde perceptum, Visill. ad Af-  
fili. dec. 270. in fine, Rota decis. 266. num. 1. pars. 10.  
recent.

Nonsic est in usufructuario, in quo non ad-  
mittitur haec excusatio, sed ob regulam genera-  
lem rerum, quæ usu consumuntur, tenetur cavere  
de restituendo valorem seu estimationem ex alle-  
gatis juribus; Et licet in ratione dubitandi vide-  
retur id redundare posse in damnum magis quam in  
beneficium usufructuarii, cui potius expediret non  
habuisse legatum, ob plures casus qui contingere  
possunt; Nihilominus facilis est responsio, quod  
huic inconvenienti ab initio occurri potest, cu-  
rando hujusmodi bona vendi, pro quanti tunc ser-  
fer. bona si de vendi possunt, atque ita reduci usu-  
fructu ad pecuniam investiendam in occasiones  
fructiferas, seu alias transiendas ut supra.

Tertia

Tertia est species illorum bonorum, quæ cum longo usu atteruntur in parte ac senescunt, & successivè minuantur de valore, non tamen omnino consumuntur, ut sunt vasa aurea, argentea, & ænea, tabulae, aulea, vestes scenicae, & similia longævam habentis durationem, & quæ per DD. dicuntur mobilia solidæ materiae, ita juxta prudenter patrisfamilias usum, non ita omnino ac brevi consumantur, & in ipsis usufructuariis cavere tenetur de restitutione in ipsa specie, quamvis per intermedium usum aliquam recipient attritionem, ac valoris diminutionem ad text. in l. sed si quid prima s. vestimentorum ff. de usufructu globo, in dicto s. constituitur cum concordan, per Sard. dicta decisi. 67. circa finem, Castill. de usufructu cap. 17. Cyriac. dicta controv. 16. num. 3 & habemus frequenter firmatum per Rotam in dicta materia fidei commissaria, praesertim in supra allegatu Bononien, de Bologniâ 4. Febr. 1654. & 29 Novembris 1655. Cerro, quod scilicet à regula excusante hæredem gravatum à restituitione mobilium, quæ ex longo usu consumpta præsumuntur, excipiuntur hujusmodi mobilia solidæ materiae, & longæ duracionis.

Quarta est species semoventium, ex usu pariter consumptionem vel attritionem recipientium, ut sunt animalia: Et ista species subdistinguitur in tres: Una est, quando constituit gregem seu universitatem, & tunc planum est ex iuribus litteralibus collectis per Castill. de usufructu cap. 27. usufructuarium teneri solum cavere de utendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo ipso grege seu ipsa universitate, cum obligatione subrogandi ex factibus nova capita in locum deficiunt, eodem modo, quo in stabilibus arbores vel vites subrogare tenetur, ac propterea non tenetur de casu; Altera species est illorum animalium, quæ sunt in fundo tanquam illius instrumenta, & tunc vadunt cum fundo, ejusque iure regulantur, ac propterea usufructus consistit in ipsa specie restituta, cum sola obligatione sufficiendi vel subrogandi ut supra, tanquam per speciem exponens, quæ necessaria sunt in ipsius fundi refectione seu manutentione, ut restituat in eo statu, in quo recepit, nisi casus fortuiti excusatio contingat, ex deductis per Castill. eodem cap. 27. cum hac videantur plana.

Difficultas igitur in hac facie residet in ea tercia specie animalium, quæ neque gregem constituit, neque sunt instrumenta fundi, sed absque superfectione considerantur deperse, ut erant plures equi & muli pro usu curruum seu rhedarum; Et in hoc discordabamus Ego & ceteri desuper confulti; Alii enim procedebant indefinitè cum propositione posita per Castill. dicto cap. 27. num. 14. & 15. ut usufructuarius non teneatur nisi ad ipsa met animalia restituenda, quatenus supersint, non autem ad ea, quæ propter usum seu ex alio casu circa ejus culpam perirent; Diversa vero erat mea sententia, dicebam liquidem dictam propositionem esse veram recteque procedere in suo casu, quando scilicet testator specialiter ac nominatum de ipsis animalibus usum seu usufructum relinquat, quoniam tunc recte cogitare potest casum consumptionis seu peremptionis in hac bonorum specie de sui natura & propter usum contingibilem, atque in his terminis procedure jura allegata per Castill. ubi supra, dum testator voluit legatarium habere debere usum vel usufructum ipsorum animalium, non autem valoris, & sic ratione voluntatis testatoris, qui ad usufructuarii commodum cedere voluit id quod supereret; Dubitabam vero de applicatione ad casum

nostrum, in quo ista ratio voluntatis testatoris non militabat, dum agebatur de usufructu universali, & totius hereditatis in genere, sub qua accessoriè & consecutiè tanquam partes, & membra universitatis haec animalia veniebant; Ideoq; cessante dicta speciali ratione, credebam hanc speciem bonorum regulandam esse juxta secundam supra exemplificatam lineam in & aliorum supellestilium brevis durationis, in quibus econversò dicebam idem dicendum esse in casu specialis dispositionis, quia scilicet testator allicui ad ejus vitam hujusmodi supellestilium usum vel usufructum relinquat in specie, cum eadem adamassim ratio intret; & haec erat mea sententia, nam alii regulando vitam legatarii juxta illam verisimilitudinem, quæ taxata habetur per tex. in l. hereditatum ff. ad leg. factid. ita in hac bonorum specie, vel in toto, vel pro majori parte, potius proprietarius quam usufructuarius censendus esset, atq; ita de consequenti esset heres inaequaliter cum aliis, ac in majori parte proprietatis, quod testator noluit.

Demum quæsitus fuit, an quoad tertiam speciem supra exemplificatam mobilium, quæ usu non consumuntur, sed atteruntur, possit proprietarius invito usufructuario pretendere, quod venderentur, ut ita pretio investito, salva remaneret substantia fortis principalis, cuius fructibus legatarium poteretur, vel econversò id fieri posset per usufructuarium invito proprietario; In utroque, loquendo simpliciter & in abstracto dixi veriorem videri negativam, quoniam proprietarius non prohibitur vendere proprietatem, quando venditio vel translatio in alium non praedicit ususfructuario, nihilq; istius interest, quia nempe per venditionem impeditur in usufructus non perceptione, securis autem econverso ex deductis per Castill. de usufr. c. 34. n. 8. cum sequen. cum alii in Romana seu Albanen. hoc eodem tit. diso. 65. Ideoque dum testator reliquit usumfructum bonorum, non debet legatarius cogi habere rem pro re; Etecontrà cum dominium bonorum resideat penes proprietarium, non potest iste cogi invitatus ad vendendum bona sua ad regulam texus in l. nec invium Cod. de contrahen. empt. & l. nec emere Cod. de jure delibera.

Verum quia usufructuarius erat etiam hæres in proprietate pro tercia parte, idcirco quando ipse voluit et ad hujusmodi venditionem procedere, alii vero cohæredes recusarent, mea sententia erat, quod distingueda essent bona commoda divisionem patientia, ab iis, quæ commoda inter eos dividendi non possent, ut in prima specie procederet dicta regula negativa, solùmque huic cohæredi competet actio provocandi ad divisionem, ut ita divisis portionibus, de bonis cadentibus sub portione propria pro libito disponeret, quoverò ad alia cadentia sub portionibus cohæredum nolentium venditionem, caveret de ipsis restitutis ut supra; Respectu vero individualium, seu non commoda divisibilium, ejus iudicio potius deferendum esset, ex regulari, quod in individuis pro communi possessis potior sit conditio illius, qui gerere velit actum magis prudentem, ac omnibus pariformiter utilem, ex iis, quæ in proposito questionis domus non recipientis commoda divisionem, quæ à pluribus pro communi possidetur, habetur ceteris collectis per Gomez, lib. 2. var. cap. 3. de locat. num. 14. Menoch de arbitr. casu 442. Routh. pragm. 1. de locat. numer. 29.

Rot. dec. 692. num. 3. par. 1. rec. 3. nichil. de fratribus p. 3. cap. 36. ubi ceteri.